

Beiheft

2

S 177

1238 Febr. 25 Lützelstein.

[11

Matthias, Herzog von Lothringen, befehlt die Elisabeth, Witwe des Heinrichs, Graf von Elßaß, mit den Lehen ihres † Mannes.

Ego Mathias, dux Loth[aringie] et marchio, universis, ad quos presens pagina pervenerit, notum facio, quod Elysabeth, relicta dilecti fidelis nostri Henrici quondam comitis de Alsacia bone memorie, et pueri eius, a dicto H. comite et ab ipsa E. procreati, receperunt de me in feodum et hominium legium, quicquid dictus H. comes tenebat de me in Alsaciam (!) trans montes. Huius rei testes sunt dominus Henr[icus] patruus meus dictus Lombardus, Conradus dominus de Billa, Simon dominus de Perroia et Simon filius eius, dominus Henricus de Darneo, dominus Ysenbardus de Albis, dominus Johannes de Wildesbere, dominus Lodveicus de Otwilre, dominus Hugo Ospineil et alii quam plures. In huius rei veritatem petius observandam presentem paginam in testimonium sigillo meo roborari feci. Actum apud Parvam Petram in crastino beati Mathie apostoli anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> tricesimo octavo.

Orig. Siegel ab; Kyrburg Nr. 199.

177